

Franckesche Stiftungen zu Halle

Otto Ludewig von Eichmann ... Königl. Preuß. Geheimenraths auch von verschiedener gelehrten Gesellschaften Mitgliedes Sammlung kleiner Abhandlungen ...

Eichmann, Otto Ludwig

Halle, 1782

VD18 14445522

XXVI. Otto Lud. De Eichmann, Potentissimo Borussorum Regi A Consiliis
Sanctioribus, Academiae Director, Ordinis Ictorum Praeses Ac Hoc Tempore
Decanus, Viri Praenobilissimi Cornelii Leonardi Gerardi ...

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

<http://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:5:1-10650-p0110-7>

XXVI.

OTTO LVD. DE EICHMANN,
 POTENTISSIMO BORVSSORVM
 REGI A CONSILII SANCTIORIBVS,
 ACADEMIAE DIRECTOR, ORDINIS
 JCTORVM PRAESES AC HOC TEM-
 PORE DECANVS, VIRI PRAENOBILIS-
 SIMI CORNELII LEONARDI GERAR-
 DI VAN DVREN RAVENSTEINEN-
 SIS SOLENNIA INAVGVRALIA INDI-
 CIT PRAEMISSIS OBSERVATIONIBVS

AD L. XI. §. I. D. DE
 REB. CRED.

§. I.

Variae sunt conventionum divisiones, va-
 riasque Jcti in medium proferunt, dum
 de iis agunt ^{a)}. Inter contractuum divisiones
 autem

a) *Vid. Tit. Institut. de obligationib. et Pandec-
 tar. de pact. in eorum compendiis et sy-
 stematibus. Negligunt vero plures divi-
 sionem conventionum, quod aliae prae-
 stationes successivas et continuas requi-
 rant, aliae vero non, et tamen priores
 intelliguntur sub clausula rebus sic stanti-
 bus, non vero posteriores. Conf. Consul-
 tiss.*

autem est, quod vel *reales*, vel *verbales*, vel *litterales*, vel *consensuales* sint. Inter contractus, qui re ineuntur, principem locum tenet mutuum, difficultatum et tricarum plenum ^{b)}. Operae autem pretium esse censui hac occasione in rationes L. XI. §. I. D. *reb. cred.* usumque inquirere.

§. 2.

Verba cit. §. alleg. L. sunt: *Si tibi dedero decem sic, ut novem debeas: Proculus ait, et recte non amplius te ipso jure debere, quam novem. Sed si dedero, ut undecim debeas, putat Proculus amplius, quam decem condici non posse. Solida legum cognitio in eo consistit, ut earum rationes intelligamus, et quæ hac*

ziff. Carol. Philipp. Kopp. diff. de clausula rebus sic stantibus secundum jus cum naturale, tum civile.

- b) Pertinet et huc quaestio de eo, quod *justum* est in solutione debiti pecuniarii post mutationem valoris pecuniae, de quo argumento plura opuscula ante nonnullos annos in lucem prodierunt. Consultiss. Christiani Hartmanni Samuelis Gatzert commentationis historico-juridicae de mutuo nummario post pecuniae mutationem ad mentem legum peregrinarum pariter atque domesticarum restituendo prodromus. Bellum, quod Germaniam afflixit, illis ansam praebeuit, uti et aliis, quae materiam contractus locationis conductionis illustrent.

hac praeditus est, facilius de usu judicare potest. Causa autem esse videtur, quod, sicuti contractus *verbales* verbis solemnibus perficiuntur, *litterales* litteris constant, *consensuales* solo consensu ineuntur, ita *reales* rei traditione, vel datione substantiam capiant, i. e. uti alii jam observarunt, primario ex rei traditione obligationem accipiebant L. XVII. D. de pact. et sic, si ad mutuum respicimus, ea deficiente promissor non obstringebatur, quia tantum pactum nudum erat, et qui nihil accepit non obligatus erat ad restitutionem. Quia vero ad obligationem rei traditio requirebatur conveniri non poterat, ut plus, quam datum, reddatur ^{c)}, quamvis, ut minus restituatur, omnino pacisci potuerit.

§. 3.

Usus §. I. L. XI. D. de reb. credit. in dubium voco, imo saltem ex ratione juris Romani nego. Cf. §. VI. ^{d)}).

§. 4.

c) L. XVII. pr. D. de pact. alleg. Secundum Pauli sententiam l. c. Si tibi decem dem et paciscar ut viginti mihi debeantur, non nascitur obligatio ultra decem: re enim non potest obligatio contrahi, nisi quatenus datum. Confer. Just. Henning Boehmeri Introduct. in jus Digestor. Lib. XII. Tit. I. §. V. p. CCCIV.

d) Juxta §. V. Instit. de fidejussorib. nec fidejussores se obligare possunt, ut plus debeant, quam debet is, pro quo obligantur. Nam eorum obligatio accessio est prin-

§. 4.

Recepimus quidem Jus Latii, sed tantum in subsidium, vel deficiente Jure Germanico^{c)}, et praeterea illud usu etiam saepe constitui-

principalis obligationis, nec plus in accessione potest esse, quam in re principali. Sed vix haec ratio vera est. Nam secundum eam fidejussor regulariter tantum ad majorem summam obligatus non est, potest tamen se in majus obligare. Vera ratio potius formula stipulationis fuit. Nam fidejussio per stipulationem fiebat. Formulas vero stipulationum huc pertinentes collegit Aug. Rud. Jes. Bunemann in commentar. de fidejussore usuras non jubente, ad Stat. Hamb. P. II. T. VI. A. V. De fidejussore vero in majorem summam, quam quae debetur, adhibito Henricus von dem Batsch praefide Francisco Carolo Conradi Professore Juris celeberrimo dissertationem Helmstadii defendit, §. III et seq. disquirit, utrum hoc casu fidejussoria obligatio in totum coincidat, an vero tantum pro excedente qualitate invalida sit, et fidejussor teneatur ad quantitatem in principali obligatione comprehensam, sive in summam concurrentem. Ratio Juris Romani saltem hodie fidejussioni in majorem summam non obstat.

- e) Adsunt compendia et systemata Juris Civilis Romani, in quibus de usu hodierno agitur. Pertinent v. gr. huc Joann. Gottl. Heineccii *Elementa Juris Civilis secundum ordin. Institut. et Pandectar.* Sed nec in v. Eichm. Abh. Bb Instit.

stituitur, quia hodie non aptum est, cessantibus ejus rationibus f).

§. 5.

Verum non deest Jus Germanicum. Nam Jus Germanicum et naturale in materia contractuum conspirant. Testantur id rerum Germanicarum peritissimi, Joannes Salm. Brunquell &), Joannes Heumann de

Instit. nec in *recitationibus* in ea lingua Germ. et latina conscriptis usum alleg. L. et §. tetigit.

f) Rechtlicher Catechismus, oder frageweis abgefaßte Anweisung zu der gemeinen bürgerlichen Rechtslehre pag. IV.

g) *Vul.* Eröffnete Gedanken von dem Teutschen Stadt- und Landrecht und dessen nothwendigen Excolirung. Verba sunt: Da nun also die alten Teutschen sich äusserst bemüht Treu und Glauben zu halten, bekümmerten sie sich nicht um vielerley Gattungen der Contractuum und Pactorum, sondern hielten nach der Simplicität des natürlichen Rechts den freywilligen und ungezwungenen Consens von beyden Partheyen zur Gültigkeit einer Handlung vor sufficient, und war das Sprichwort: Ein Wort ein Wort, ein Mann ein Mann, das Fundament von allen ihren Handlungen, welches eben soviel galt, als wenn bey den Römern die allerfeyerlichste Stipulation wäre dazu gekommen. Und diese Gewohnheiten haben wir noch heut zu Tage, indem aus einem jeden Pacto, so feyerlich

de Teutschenbrun ^{h)}), Justus Henningius Bocher,
Bb 2 mer,

erlich über eine gewisse Sache, in Meynung sich zu obligiren, eingegangen, in Teutschland kann geklagt werden, und ob zwar viele vorgeben, die Obligation der pactorum nudorum bey uns wäre nicht aus dem alten Teutschen, sondern Päpstlichen Rechte und zwar aus dem Cap. I. und 3. X. de pact. herzuholen, so haben doch die berühmten Männer, Caspar Ziegler, Joannes Nicolaus Hertius den Grund dieser Sache gar deutlich gewiesen. Und es folgt ganz und gar nicht, der Pabst statuirt in seinen Decretalibus, daß alles Versprechen müsse gehalten werden, und daß man ex pacto nudo valide agiren könne, in den Teutschen Gerichten ist eben dergleichen recipirt, ergo observiren solches die Teutschen, weil es der Pabst geordnet; vielmehr hat lange vorher, ehe das Jus Canonicum verfertigt und in Teutschland bekannt worden, durch eine alte hergebrachte Gewohnheit ex pacto nudo valide können geklagt werden, wie solches die Scabini Jenenses bey Christoph Richter gar wohl erkannt, wenn sie gesprochen u. u.

- b) In libello, cui titulus: Der Geist der Gesetze der Teutschen Cap. XVIII. §. X. pag. CCLXXII. asserere non dubitat: Die Teutschen rühmten sich, daß ihnen kein Volk an Treu und Redlichkeit gleich wäre. Sie hielten die mit gutem Bedacht eingegangene Verträge getreulich, sie ließen solche auch gemeiniglich schriftlich fertigen und vor Zeugen oder mit Symbolis gerichtlich bestätigen.
Hierin

Hierinnen ist die Teutsche Rechtslehre sich fast durchgehends ähnlich, dieweil die besondern Bestimmungsgründe der bürgerlichen Gesetze weniger Beschäftigung gefunden. In das römische Hülfrecht ist aus den Sitten und der Staatsverfassung viel unsichereres eingeflossen, so wir, wiewohl vergeblich und unnützlich, wiederholen. Einige Arten der Verträge sollen ganz verwerflich seyn, andere sollen keine Klage würgen, wann sie aber vollzogen, so soll es dabey sein Verbleiben haben, und abermal wieder bey andern (die an sich offenbar nichtig,) soll man die Wiedereinsetzung in den vorigen Stand suchen dürfen. Wenn ein Theil das seinige nicht leisten will, so mag der andere das, was er geleistet, in einigen Bedingungen wieder zurücknehmen, in anderen nicht. Bey einigen müsse man das strenge Recht, bey andern die Billigkeit betrachten. (*Conf. de actionibus bonae fidei et stricti juris praeter Gundl. diff. quae in Diurn. Duisburg. Num. XLIII. An. MDCCLV. observavi. Egi l. c. Von dem Unterscheide zwischen dem Schreijahr und den Restitutionsen der Römer.*) Pergit Heumann *de Teutschenbr.* Einige sollen sich auf wahre, andere auf eine erdichtete Einwilligung gründen. Zu manchen soll die Uebergabe einer Sache, zu andern feyerliche Worte, oder eine Schrift, oder endlich die bloße Einwilligung erfordert werden. Diese Sätze sind der ächten Teutschen Rechtswissenschaft höchst unanständig, man lehrt sie aber täglich als die wichtigsten Grundsätze. Eine Schenkung soll ohne gerichtliche Bestätigung nur auf 500. Solidos bestehen, welche man anjetzo für 1000. Thaler erklärt. Es ist aber diese Verordnung, wie

mer ⁱ⁾), Joann. Steph. Pütter ^{k)}), Consul-
B b 3 riss.

wie auch die andern, die sich auf gewisse Geldsummen beziehen, dem Geist der Gesetze ganz zuwider, dieweil die Bestimmung vielmehr aus den einzeln Fällen zu nehmen.

- i) *Vid.* Kurzer Entwurf des alten teutschen Rechts, oder Einleitung zu der teutschen Rechtsgelahrtheit aus ihren eigenen Grundsätzen in den alten und mittlern Zeiten gezogen, so weit noch davon ein Gebrauch zu machen, ubi occurrit Cap. Von der Teutschen Aufrichtigkeit bey allem und jedem Handel und Wandel, nach welcher sie auch bloß die Aussprüche des natürlichen Rechts mit Hintansetzung alles spitzfindigen Unterscheidens der Römer und mancherley Eintheilung, die zu vielem Betrug Anlaß gegeben, heutig gefolgt sind, und heute zu Tage allein beobachtet werden. II. Abschn. II. Cap. in Diurn. Halensib. An. MDCCXLVII. Num. XVI. pag. CCLXXXVI.

- k) *In Elementis Jur. German. privati hodiern. §. CXC. CXCI. et CXCVII. adstruit: Magis itaque jus Germanicum ex consuetudine quadam universali in modis obligandi simplicitatem naturalem colit et cum solo jure naturae convenit. Unde sigillatim de pactis in primis, si quid jus naturae statuat sciveris, habes etiam totum de iis jus Germanicum. Eaque propter semel hic dixisse sufficiat: Pactum jure naturae validum etiam jure Germanico firmissimam habet obligationem, contra quod illo, etiam hoc esse invalidum. Hinc perfectum requiri consensum et eorum quidem, qui libere consentire possunt. Errorem, dolum, vim ac metum obstare pactorum efficacitati, conf. §. DXLVIII.*

riss. et amiciss. Joann. Frideric. Eisenhart ¹⁾).

§. 6.

Accedit, quod ratio juris Romani cesset. Cessante vero adaequata ratione alicujus legis, cessat ipsa legis dispositio. Manifestum vero est ex testimoniis peritissimorum in arte, quae in notis §. praeced. in medium produxi, quod ratio Juris Romani deficiat. Nam non ad modum Romanorum contractus in *reales*, *verbales*, *literales*, *consensuales* et sic porro dividimus. Conf. §. II. et Not. c). Hinc et beat. Boehmerus ^{m)} existimat, quod decisio L. XI. §. I. de reb. credit. hodie, ubi simpliciter ad consensum ⁿ⁾ respicimus, aliter facienda, et omnino

1) Institution. Juris German. privat. lib. III. Tit. I. §. III. pag. CCXXVII. et Grundsätze der Deutschen Rechte in Sprichwörtern, IV. Abtheilung Num. V. Ein Wort ein Wort, ein Mann ein Mann. pag. CCCXI.

m) Introduct. in jus Digestor. Lib. XII. Tit. I. §. V. et XV. pag. CCCIV. ac CCCVII. Vid. et Joann. Brunnem. Commentar. ad Pandect. Lib. XII. Tit. I. L. XI. §. I. VIII. IX. pag. DXIII. Groenewegen ad L. XVII. D. de pact.

n) Eisenhart Instit. Jur. German. Privat. Lib. III. Tit. I. §. III. pag. CCXXVII. et CCXXVIII. ubi testatur: Omnes enim contractus secundum juris Germanici principia *consensuales* sunt, licet quidam solo consensu non perficiantur. Conf. Imhoff

omnino debeatur, *vi pacti*, quod ultra fortem promissum, si usuraria pravitas deest.

§. 7.

Verum prolusionem tantum meditatus sum. Hanc ob causam his explicandis diutius non immoror, sed faciendum potius officium, cujus obeundi causa haec praefatus sum. *Praenobilissimus Candidatus Cornelius Leonardus Gerardus van Duren* Ravensteinensis adiit ordinem nostrum petiitque decenter, ut ad consueta examina admitteretur. Annuius precibus ejus honestis. In responsionibus et in explicatione textuum talem se praestitit, ut summi honores ipsi fuerint decreti, postquam disputationem inauguralem, cujus ipse auctor est, sub praesidio *Excellentissimi Krafftii, Collegae et Amici Honoratissimi, de Contractu emtionis et venditionis* defenderit, quem et inclytus Jctorum Ordo promotorem designavit. Ut autem hunc actum academiae et urbis proceres, cives, hospites honorifica sua praesentia condecorare velint, officiosissime rogo. P. P. Tentoburgi d. IX. Septembr. MDCCLXX.

an omnes contractus juxta usum fori Germanici sint consensuales, Hamberger de usu pactorum in for. Germanic. Addo ex collectione mea numerosa opusculorum tractation. juridic. de non usu divisionum Romanarum in materia contractuum in lucem emissam a J. G. Vitring. Francof. et Lips. MDCCXLVIII.